



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

25. Feria 5. Domin, 2. Epiph. Ordinatur potentia rationalis voluntatis circa
juramenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

42 FERIA 4. DOM. 2. EPIPH.

let, sed infirmum persequi usque ad finem vitæ vellet: hoc super responso infirmus iram lethalem renovavit, in eaque mortuus, & damnatus est. Hortibili deinde umbrâ comparens altâ voce illum se esse falsus nuper in odio defunctum Theologum Prædicatorem, salvandum nisi irremissionem alterius offensæ odium renovâset. Quocirca vivum continuò secum ad inferos rapuit, ubi ambo iris sine fine in se mutuò sæviant.

Conf. 2. Non minus infelicem casum inter Nicephorum & Sappricium, quando veniam petenti Nicephoro, Sappricius dare nolens fidem perdidit, Sanctus autem Nicephorus Laureolâ Martyrij coronatus est. Verè igitur ait D. Chrysost. in c. 13. *Match. Odium spiritus est tenebrarum.* Audiam Psalmistam Psal. 36. *Desine ab ira:* & magis D. Iesum, de quo Tertullianus Lib. de Pat. c. 2. *Nihil de impatientia hominis imitatus est,*

MEDITATIO XXV.

FERIA 5. DOM. 2. EPIPH.

Ordinatur potentia rationalis voluntatis circa gloriam.

Audiam D. Iesum vanam gloriam coërentem. Petam doctrinam ejus assequi.

Conf. 1. Vanam gloriam semper esse vitium inter omnia carnalia subtilius: est enim hostis

ad si. hostis occultus, aspis venenata, latens latro,
in felix piscis Ionæ, mulier deceptrix, elephas Eleaza-
eaque rum necans, ludas osculo tradens: quia am-
bitioni semper immixta est vana gloria: cha-
ritas autem non est ambitiosa: 1. Cor. 13. ho-
nor enim est reverentia facta personæ in testi-
monium excellentiæ, & virtutis ejus: Atqui
nulla excellentia nec virtus hominis est ab
homine, sed à D E O donatore: quid habes
quod non accepisti? 1. ad Cor. 4. Nemo igitur
potest gloriari tanquam de proprio, sicut nec
de veste alterius: ideo Aug in Psal. 136. ait,
quod vana gloria sit opus manûs sinistræ
vanum, & malum.

Conf. 2. Mercedem in cœlo perdi vanâ
gloriâ: Quia is debet solvere, qui laborem
præcepit, is præmiû dare, propter quem ju-
sticiam facimus: qualis finis, talis actio: à
fine enim pendet bonitas, vel malitia operis,
qui actionem specificat: ideo dicitur: Matth.
6. *Receperunt mercedem suam: & Luc. 16. Re-
cordare, quia recepisti bona in vita tua.* Quid
stultius est, quam pretiosa vendere nihilo,
congregare in sacculum pertusum; currere,
sed extra viam.

Conf. 3. Quam variè vana gloria commit-
tatur. 1. ex parte rei, ut si quis gloriari velit
de virtute, quam non habet. 2. si de re exi-
gua, nec digna, ut est de coma aurea, &c.

3. si

3. si de deo vitio, cum male fecerint. 4. si res non refertur ad Deum, ut datorem. 5. si non refertur ad bonum proximi, propter quod donum illud datum est. Respiciam me ad intentiones meas, & propter illum solum omnia faciam, de quo ait D. Chrysoſt. in Matthei hom. 19. *Ipse te predicabit Deus tuus orbe preterito: ille nimirum, qui dixit Ioan. 8. Si ego quero gloriam meam, gloria mea nihil est.*

MEDITATIO XXVI.

Feria 6. Dom. 2. Epiph.

*Ordinatur potentia rationalis intellectus
circa iuramenta.*

Avidiam D. Iesum prohibentem jurare temere. Petam ejus prohibitionem assequi.

Cons. 1. Iuramentum non esse intrinsece malum, cum ipse Deus juraverit, Gen. 22. Luc. 1. Apoc. 10. nec per se esse bonum semper, alias nunquam veraretur.

Cons. 2. Duplicem esse veritatem, increatam, & creatam, & hanc voluisse Deum ordinari ad illam, ideoque veruisse iuramentum propter reverentiam veritatis aeternae: sed neque velle nos jurare per creatam, ut in ea increata semper resplendeat. Itaque prohibetur iuramentum per omnem creaturam, & nominatim caelum, terram, Hierosolymam, caput, quibus iuramentis obnoxij erant Hebraei: